

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio  
Missæ, ...

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1667**

Concl. V. Ex solo præcepto Ecclesiæ, vino consecrando miscenda est in  
calice modicissima aqua, sub gravi obligatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

quinem debeat esse, & dici simpliciter potus vi-

nalis. Quare?

Principali, inquit Doctor supra, ratio est, quia sic Christus instituit. Bona congruentia: quia secunda pars principalis nutritoris, id est potus, principali est confitit in vino, ut in potu principali. Vino, inquam, sive naturali de uva expresso, sive miraculose fact ex aqua, aut alia materia, quale fuit in nupis Cana Galilea; quod dicitur vinum de vi-

te, quia quad essentiam, usum, & cetera, ejusdem plane rationis est cum vini naturaliter ex-

pressis, & ideo materia confercabilis.

Secundum de vino adusto sive sublimato, quod

vel non est in substantia vinum, vel si ejusdem

essentia, non haber verum statum vini usualis,

prout habet vinum miraculose.

Similiter valet vinum aqua modicā permix-

tum, in quo etiam creditur Salvator noster Sa-

cramentum Sanguinis sui instituisse, ut propter-

ea ab aliquibus dubitetur, an haec mixtio non sit

de essentia Sacramenti. Quin esse de essentia, af-

ferit Armacanus l. 9. de qq. Armenorum cap. 9.

Aliis paucis placet praeceptum divinum: nostra

sententia cum Scholasticis communiter afferit:

## CONCLUSIO V.

Ex solo praecepto Ecclesiae, vino consecrando miscenda est in calice modicissima aqua, sub gravi obligatione.

Quod vino ante Consecrationem aqua ad-

missari debeat, docent omnes Catholicci

cum Ecclesiis universalis in Concilio Florentino

contra Armenos. Verba Concilii in decreto su-

per unionem Atmenorum sunt haec: Tertium est Eu-

charistie Sacramentum, cuius materia est panis triti-

cus, & vimum de vite, cui ante Consecrationem

qua modicissima admisceri debet.

Probatio enim adjungit triplicem, dicens: Aqua autem ideo admiscetur, quoniam, iuxta testimonia SS. Patrum, creditur ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse Sacramentum. Deinde quia hoc convenit Dominae Passionis representationi. In-

quit enim B. Alexander Papa V. à B. Petro: In Sa-

cramentorum oblationibus, que intra Missarum sole-

nia Domino offeruntur, vimum & aqua permixtum of-

ferri debet, quia utrumque, id est, Sanguis, & aqua,

ex latere Christi prostratisse legitur. Tertio etiam con-

venit ad significandum huius Sacramenti effectum, qui

est uno populi Christiani ad Christum. Aqua enim po-

pularum significat &c.

Eandem veritatem, iisdem rationibus sus-

fulsum, novissime, contra Haereticos nostri tem-

poris, tradidit Concilium Tridentinum sess. 22.

cap. 7. his verbis: Monet deinde Sancta Synodus,

praeceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino

in calice offerendo miscerent; tum quod Christum Do-

minum ita fecisse credatur, tum etiam, quia è latere

eius aqua simul cum Sanguine exirent, quod Sacra-

mentum hæc mixtione recolatur: & cum aqua in Apocal.

B. Ioannis populi dicantur, ipsius populi fidelis cum Ca-

pite Christi unio representatur. Alia Concilia, Pon-

tifices, & Parres magno numero vide apud Bel-

lar. de Eucharist. lib. 4. cap. 10. & alios.

Ex quibus omnibus perspicue manifestum est,

hanc mixtionem fuisse in aliū à principio Eccle-

siae. Sanè factum Christi testatur Divus Jacobus

in sua Liturgia ibi: Similiter postquam canavit ac-

cipiens calicem, & permisces ex vino, & aqua &c.

Neque dubitandum, Apostolos ad ejus imita-

tionem idem fecisse, & ita faciendum præcepil-

se. Hinc apostolē Alexander I. Epistolā 1. ad Alexander II.

omnes Orthodoxos cap. 4. Non debet enim (ut

à Patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice Do-

mini aut vimum solum, aut aqua sola offerri, sed utrum-

que permixtum. Qui illi Patres, nisi Apostoli, &

Pontifices prædecessores?

Quod si objicias: Sanguis & aqua, quæ fluxer-

unt ex latere Christi, manerunt impermixta.

Respetum separatum infundi aquam & vimum.

Deinde in terra simul fuerunt Sanguis & aqua,

& in calice simul sunt vimum & aqua.

Nollus quoque momenti est, quod opioni-

tur ex Isaiae cap. 1. v. 22. Vinum tuum mixtum est

agru. Quod interpretatur Divus Hieronymus in

illum locum de amissi Judæorum sinceritate.

Quis enim nesciat unam & candem rem, secun-

dum varias considerationes, posse significare

bonum & malum? Sie quippe leo significat

Christum Apoc. 5. v. 5. Ecce venit leo de Tribu

Iuda &c. Significat etiam Diabolum 1. Petri 5.

v. 8. Quia adversarius regnus eius diabolus tanquam leo

ruggiens circuit, querens quem devoret.

Porrò in Eucharistia non fieri commemora-

tionem folius Passionis Christi, ut Haeretici vo-

lunt, sed etiam unionis Christi cum Ecclesia, in

terminis docet Concilium Tridentinum sess. 13.

cap. 2. ibi: Pignus preterea id (Sacramentum Eu-

charistie) esse volut futura nostra gloria, & perpetua

felicitor, adeo, symbolum unitus illius Corporis, cuius

ipse caput existit, cuique nos tanquam membra, ar-

ctissimā Fidei, Spei, & Charitatis connexione adfric-

tos esse voluit, ut id ipsum omnes diceremus, nec es-

sent in nobis schismata.

Unde ipse Christus, qui Lucę 22. v. 19. dixit:

Hoc facite in meam commemorationem; etiam dixit

Matth. 26. v. 27. Bibite ex hoc omnes. Et Apostol.

lus 1. Cor. 10. postquam dixisset v. 16. Calix be-

neditio, cui benedicimus, nonne communicatio San-

guinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nonne

participatio Corporis Domini est? Statim subinfert

v. 17. Quoniam unus panis, unum Corpus multi su-

mū, omnes, qui de uno pane participamus.

Sed cum haec fatus inter Catholicos constent,

controversia tamen est, quæ aut qualis sit necessi-

tas hæc mixtione, an Sacramentum, an folius præ-

ceptum? Si præceptum, an Divini, aut dumtaxat Ec-

clesiastici? Conclusio nostra est communis Scho-

lasticorum, & specialiter Socii suprà n. 2. ubi sic

lego:

alioque Cō-

cilia, & Pa-

tri apud

Bellarmino.

Probatur

insuper eis

fato Chriti

scilicet

44.

Apostolo-

rum, & Pa-

triſticum,

Isaiae 10.

Apoc. 3.

1. Petri 5.

Luc. 22.

Matth. 26.

1. Cor. 10.

lego:

Misericordia

debet ex folio

præcepto

Ecclesie,

45.

ut fatetur  
Scotus,referens Da-  
mascum.

lego: *Huic autem vino (consecrando) apponere aquam non est simpliciter necessarium de necessitate Sacramenti, quia etiam quando apposita est, non convertitur in Sanguinem, nisi prius sit conversa in vinum, & ita modica est apponenda, & ita tempestivè, quod ante Consecrationem posset conversa suisse in vinum. Greci etiam non apponunt aquam, ut dicit Innocentius de Officiis Missæ parte 3. c. 4. vel 5. Est tamen de necessitate Ministri propter præceptum Ecclesiæ: & etiam Christus vinum, cum quo fuit aqua mixta, consecravit, iuxta illud Damasci. libro 4. cap. 14. Christus calicem ex vino & aqua tradidit Discipulis suis dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim Sanguis meus &c. Congruentia appositionis aquæ in vinum est propter mysterium, ut significetur populus uniti Christo iuxta illud de Consec. dist. 2. cap. Omne: Cùm in calice aqua vino miscetur, populus Christo unitur, id est, copulandus significatur per fidem, & dignam sacramenti perceptionem. Hæc Doctor Subtilis.*

*Ubi noto, quod de Græcis refertur ex Innoc. (apud me lib. 4. Mysteriorum Missæ cap. 32.) & docet Magister in littera; hoc, inquam, non subsistere, ut clare potest ostendi ex pluribus auctoritatibus Græcorum Patrum, Damasceni, Clementis Alexandrini, Justini, & aliorum, ut etiam ex ipsorum Liturgiis, in quibus mixtio aquæ, etiam ante Consecrationem, prescribitur.*

*Alia tamen est ceremonia, quâ Græci utuntur paulò ante communionem, miscendi calicem consecratum aquâ fervente, quæ objecta est eis ab Eugenio Papa in Concilio Florentino. Forè ex hac aliqui interpretati sunt, eos non miscere calicem ante Consecrationem, & inde talis de ipsis preceperunt opinio.*

*Unde neque Innocentius, neque Magister absolute affirmant ita esse, sed inquit, Græcorum Ecclesia dicitur aquam non apponere. Prima quoque probatio Scotti patitur non modicam contradictionem, etiam ab his, qui in assertione principali convenient, ut videbimus Conclusionem sequentia.*

*Itaque mixtionem aquæ non esse de necessitate Sacramenti, colligunt communiter Doctores ex Concilio Florentino, & Tridentino super commemoratis. Enimvero Florentinum non dicunt materiam calicis esse vinum ex vite, mistam aquâ, sicut assertit materia corporis esse panem triticum, aut materiam Confirmationis esse Chrisma conjectum ex oleo & balsamo; sed, *Vinum de vite, cui ante Consecrationem aqua modicissima adhiberi debet, scilicet ex præcepto; prot' intellexit Concilium Tridentinum lupræ monent: Præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo misserent. Et ideo fess. 13. ubi exp̄ agit de hoc Sacramento, nullam aquæ, sive mixtionis facit mentionem, vinum tantummodo nominans tamquam materiam essentiale.**

*Confirmatur ex Rubricis generalibus Titulo*

46.  
Non est de  
necessitate  
Sacramenti;ut manife-  
stè tradidit  
Tridentinū.referens Da-  
mascum.

de Defectibus cap. 4. n. 8. Si autem celebrans Confirmando Consecrationem calicis advertat non sufficere aquam, statim ponat eam, & proferat verba Consecrationis. Si advertat post Consecrationem calicis, nullo modo apponat, quia non est de necessitate Sacramenti.

*Idem insinuant Patres, dum tantum dicunt consuetudinem hanc esse fervandam, ut ex ipsorum verbis ponderat Suarez disp. 45. sec. 2.*

*Nec obstat factum Christi sic quippe panis azymus, juxta doctrinam Ecclesiæ Latinae, esset de necessitate Sacramenti, & fermentatus secundum sententiam Græcorum. Quid si etiam Christus consecraverit vinum rubrum, eritne hoc propterea essentiale?*

*Sufficit profectò substantiam rei, quam Christus consecravit, manere immutatam. Porro per additionem, vel substantiationem aquæ non mutatur substantia vini, saltem in morali astimatione hominum, qui vinum purum & lymphatum pro eodem potu usurpant. Qo ergo nullum est fundamento assertere poterit, mixtionem illam aquæ esse essentiale, cum ex traditione & doctrina universalis Ecclesia potius constet oppositum?*

*Dices: *Calix Domini non est aqua sola (verba sunt Divi Cypriani lib. 2. Epistola 3, alijs Epistola 63.) an vimum solam, nisi utramque fibi mif- ceatur: quo modo nec Corpus Domini potest esse forma sola, aut aqua sola, nisi utramque adunatum fuerit & copulatum, & panis unius compage solidatum. Et paulò antè in eadem Epistola sic ait: Quando autem in calice vino aqua mifetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit, copulatur & coniungit. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini sic mifetur in calice Domini, ut mixtio illa non possit ab invicem separari.**

*Similiter loquitur Julius Papa, & ponitur de Consec. dist. 2. cap. 7. ibi: Ergo cum in calice vino aqua mifetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini sic mifetur in calice Domini, ut mixtio illa non possit separari.*

*Ante Responsonem nota ex Divo Augustino lib. 4. de doctrina Christiana cap. 21. Beatus, inquit, Cyprianus submissio dicendi genere utitur in eo libro (sic appellat Epistolam citatam) ubi de Sacramento calicis disputat. Solvitur quippe ibi quæsio, in qua queritur, utrum calix Dominicus aquam solam, an eam viñō mixtam debeat habere &c.*

*Agit itaque hæc Cyprianus contra Aquarios, qui solam aquam in Sacrificio offerebant, probans ex multis Scripturæ locis, mixtionem vini esse traditionem Dominicanam, adeoque necessariam, necessitate etiam Sacramenti.*

*Hoc notato, difficultas adhuc sunt verba Cy- priani, quem idcirco Praepositus & Valsquez ad- priani, quem idcirco Praepositus & Valsquez ad- mitunt esse in contraria opinione. Ego autem respondeo, omnem comparationem claudicare, adeo-*

& fatus ins-  
titutus & S.  
Patribus  
Suarez  
Christi,

Nec obstat  
factum  
Christi

Nullum est  
fundamen-  
tum dico  
mix-  
tionem esse  
essentiale,

Dicitur  
Cypriani

Objicitur  
autoris

item Iulii  
Pontificis

47.

D. Aug.

Agit D. Cy-  
priani, co-  
tra Aquar-  
ios solam  
aqua-  
ficien-  
tes,

Valsquez &  
Praepositus  
putant eum  
esse in con-  
traria opi-  
nione,

adeo-

adeoque tantum velle, ita solum vinum consecrari illicite, quamvis validè; sicuti sola farina, aut aqua sola consecratur illicite & invalidè: breviter, æquiparare illa in ratione illiciti, non in ratione invalidi.

Colligo ex verbis immediatè præcedentibus: *Sic autem in sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quo modo nec vinum solum potest (scilicet licet) nam si vinum tantum quis offerat, Sanguis Christi incipit esse sine nobis. (ergo valet Consecratio) si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo (ergo invalida oblatio) quando autem utrumque miscetur, & adunatione confusè sibi invicem copulatur, tunc Sacramentum spirituale & celeste perficitur. Spirituale utique & celeste, etiam ipsi conferant; alioquin vinum solum offerten, utpote mortaliter peccanti, potius mors, quam vita spiritualis.*

Accedit, quod Divus Cyprianus in Epistola illa totus sit in probanda necessitate vini contra Hæreticos Aquarios, parum sollicitus de necessitate aquæ, quam illi admittebant, & per consequens de gradu necessitatis; sed, supponens iplorum errorem, ex necessitate essentiali aquæ conatur ostendere necessitatem essentiali vini.

Comparat ergo aquam, & vinum quod necessitatem illam, etiam quod gradum in errore illorum Hæreticorum, non tamē juxta verum & communem sensum Ecclesie, à quo non suspicor tantum virum voluisse recedere; & etiò recessuisse, veluti cùm docuit, ab Hæreticis baptizatos esse rebaptizandos, malumus se qui doctrinam totius Ecclesie universalem, quam unius Cypriani particulariem.

Nam quod attinet ad Julium Pontificem, satis colligitur ex fine illius decreti, *ly Non posse, in verbis præallegatis, non esse particulam irritantem, sed dumtaxat prohibentem; sic quippe concludit: Et ideo nulli deinceps licet sit aliud in sacrificiis divinis offerre, nisi, iuxta antiquorum sententiam Conciliorum, panem tantum, & calicem vi- no & aqua permixtam. De cetero alter quam præceptum est, faciens, tandem à Sacrificio cessabit &c.* Ubi nulla sit mentio invaliditatis.

Ergo quando in eodem decreto dicit; *Vt mixtio illa non posse separari, supple, licet; nam id simpliciter possumus, quod jure possumus; & simpliciter non possumus, quod licet facere non possumus. Vel, ut loquitur Innoc. III. lib. 4. de Myster. Missæ cap. 32. Non potest, id est, non debet, quia non dicunt posse fieri, quod de ure non fit;* argumento L. Filius 15. ff. de Condicio, infra ibi: *Nam qua facta ledim pietatem, extimationem, verecundiam nostram & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est.*

Certè in antiquis Concilii non appetit vestigium sententiae invalidantis Consecrationem solum vini. Et hinc Pontifex immediatè subdit verbis objecit; *Nam si vinum tantum quis offerat, Sanguis Christi esse incipit sine nobis &c. ut su- prā apud Cyprianum,*

Et si insistes: ergo tunc non manet significatio unionis Ecclesie cum Christo. Respondebam illam non esse de essentia Eucharistie; sed neque significatio aquæ, qua profluxit ex latere Christi.

Quaris à me, quæ igitur sit significatio essentialis seu sacramentalis? Dico breviter, significatio Corporis & Sanguinis Christi, per modum cibi & portus animæ; quamquam & in hoc ipso, quod Eucharistia sit cibus vel portus animæ, quis non videt significari gratiam sanctificantem, per quam anima unitur Christo, ut alimento spirituali? Esto amplius, & alio titulo illa unio significetur per mixtionem aquæ cum vino, sed non nisi ex institutione Ecclesie, adeoque non sacramentaliter, ut jam ostendo.

Vero similius est Christum non determinasse nisi materias, & formas essentialias Sacramentorum; cetera reliquæ dispositioni sue Ecclesie: atqui ex dictis certum est, mixtionem aquæ non esse materiam essentiali; ergo verius apparet non à Christo, sed à sola Ecclesia præceptam. Et quidem præceptum Ecclesie nemo negare potest, nisi velit contradicere Concilio Tridentino suprà sess. 22. cap. 7. simpliciter id afferenti.

Scio idem præcipi posse à Deo & ab Ecclesia; sed etiam non ignoro, præcepta sine necessitate minime esse multiplicanda. Et quæ his necessitas præcepti divini? Aut si præceptum divinum, cur Florentinum illud tacuit? Cur Tridentinum istud non proposuit Sacerdotibus, celebrare volentibus, sicuti communicare volentibus sess. 13. cap. 7. proposuit præceptum divinum: *Probet seipsum homo. 1. Cor. 11. v. 28.* & omnibus post Baptismum lapsis sess. 14. c. 5. *jus divinum integræ Confessionis?*

Respondebit aliquis: quia præceptum mixtions erat controversum, & qualiscumque obligatio sufficiebat proposito Concilii. Acute! Sed quero; quis ergo indicavit tibi obligatiō nem juris divini? Nam & alii Concilii satrē erat obligatio humana; Traditione autem rem certam facit, vel si etiam de Traditione disputatur, quis Iudex, nisi Ecclesia? Et vero Ecclesia nulli rem determinavit, ut lateris; ergo talis obligatio gratis afferitur.

Dices; ipse Christus facto & verbo sententiam pronuntiavit, miscens aquam vino ante Consecrationem, & dicens *Luc. 22. v. 19. Hoc facite in meum commemorationem;* cui consonat Apostolus *1. Cor. 11. v. 24. & 25. Et gratias agens fregit & dixit: Accipite & manducate: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur; hoc facite in meum commemorationem.* Similiter & calicem postquam canavit deens: *Hic calix novum Testamen- tum est in meo Sanguine;* hoc facite, quoniamque bibetis, in meum commemorationem.

Quæ utique verba sic interpretatur Divus Cyprianus in Epistola suprà citata: *Quod si & à Domino præcipitur, & ab Apostolo eius hoc idem confirmitur & traditur, ut quotiescumque biberimus in*

*comme-*

Objec-  
tio  
solvitur.

Quæ signi-  
ficatio sit  
de essentia  
Eucharistie.

50.  
Mixtio a-  
qua non est  
præcepta à  
Christo.

cum tale  
præceptum &  
nulli ex-  
primatur.

51.  
Luc. 22.  
1. Cor. 11.

commemorationem Domini, hoc faciamus, quod fecit & Dominus; invenimus non observari à nobis, quod mandatum est, nisi eadem, que Dominus fecit, nos quoque faciamus, & calicem Domini pari ratione missentes a divino magisterio non recedamus. Quid clarius dici poterat?

neque ex  
facto Chri-  
sti colliga-  
tur

Resp. sed contra Aquarios, qui vinum non ponebant in calice; non autem contra communem Ecclesiæ doctrinam, qua pro materia essentiali agnoscit vinum, miscendum aquâ ex præcepto Apostolico. Quod autem Cyprianus ibi loquatur de præcepto Christi, consecrandi vinum, & non solam aquam, pater ex his verbis ejusdem Epistolæ: Minor, inquit, satis unde hoc usurpatum sit, ut contra Euangelicam & Apostolicam disciplinam quibusdam in locis aqua offeratur in Dominicâ calice, que sola Christi Sanguinem non posse extimere.

52.  
verba enim  
ejus Lue.  
22. de sub-  
stantiis  
sunt intelli-  
genda:

Profectò indubitatum esse debet apud omnes, illa verba Christi: Hoc facite in meam commemorationem, non esse intelligenda, nisi de his, qua erant de substantia Sacramenti & Sacrificii, ut pater in multis accidentibus circumstantiis, id est, qua moraliter non mutant substantiam facti, seu moraliter non mutant substantiam rei à Christo consecrata. Sic v. g. fermentum non extrahit à ratione panis, & ideo panis fermentatus valet (imò licet in Ecclesia Graeca) quamvis Christus in azymo consecraret.

ad eo que va-  
let vinum  
impermix-  
tum.

Similiter ergo in præsenti, valet vinum impermixtum, non obstante facto Christi, quia impermixtio aquæ non extrahit à ratione vini; & consequenter valeret vinum aquâ mixtum, et si Christus in vino puro Sacramentum institueret; quia illa mixtio non mutant moraliter substantiam yni, imò licet Consecratio in vino puro, nisi Ecclesia præcepisset mixtionem.

Aliud esset, si loco vini apponetur lac, mel, aut sola aqua, vel si farina foret subacta butyro, faccaro, aquâ rosacea &c. hæc enim sunt vel physicæ, vel saltem moraliter diversa substantia ab illa, in qua Christus primum consecravit.

Non omnia  
enim que  
Christus fe-  
cit, nos fa-  
cere debe-  
mus,

Et sane ipse Cyprianus in Epistola citata clare indicat, quod non omnia eadem, quæ Christus fecit, nos quoque facere debeamus. Verba ejus sunt: At enim non mane, sed post cœnam mixtum calicem obtulit Dominus. Numquid ergo Dominicum post cœnam celebrare debemus, ut sic mixtum calicem frequentans Dominicis offeramus?

Secundum  
D. Cypria-  
num;

Respondet: Christum offerre oportebat circa vesperam diei, ni hora ipsa Sacrificii ostenderet occasum & vesperam mundi Sc. Nos autem Resurrectionem Domini mane celebramus. Et quia Passio eius mentionem in Sacrifice omnibus facimus (Passio est enim Domini, Sacrificium quod offerimus) nihil aliud quam quod ille fecit, facere debemus; puta quoad substantiam rei; non autem quoad omnes circumstantias accidentales, alioquin sibi ipsi in illis verbis contradiceret.

In eodem sensu interpretamur verba aliorum Patrum, aut Conciliorum, quæ contra communionem sententiam proferuntur; ut videlicet nihil aliud velint, quam ex præcepto divino & necessitate Sacramenti vinum in calice esse offerendum, & non puram aquam, aut aliam, &c. moraliter, vel physicæ, substantiam v. g. lac, mel, &c.

Sic intelligo verba Carthag. III. cap. 24. Ut Conting. III. in Sacramentis Corporis & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, pavis & vinum aquâ mixtum, nec amplius in Sacrificiis offeratur, quam de avis & frumentis.

In Concilio Africano cap. 4. (inquit Card. Lugo disp. 4. sect. 2. n. 32.) eadem verba habentur, & redditus ratio illius decreti his verbis: Primitivè vero, seu mel, & lac quod uno die solemnissimo in infantium mysterio solet offerri, quamvis in altari offerantur, suam tamen habeant propriam benedictionem, ut à Sacramento Dominicâ Corporis & Sanguinis distinguantur. Attamen cum multa sint Concilia Africana, in nullo illorum, quæ videre potui, verba ista, vel similia repetitio. Fides ergo maneat peccatores.

Lego Canonem 3. Apostolorum, qui sic habet: Si quis Episcopus aut Presbyter præter ordinationem Domini, alia quadam in Sacrificio offerat super altare, id est, aut mel, aut lac; aut pro vino feracem, & consecra quadam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur.

In Concilio autem Aurelianensi IV. cap. 4. ita scriptum invenio: Ut nullus in oblatione sacra calicis, nisi quod ex fructu vinea offeratur, aquâ mixtum offerre præsumat; quia sacrilegium indicatur, aliud offerri, quam quod in mandatis sacratissimis Salvator instituit.

Ubi cum audis: Sacratissimum mandatum Salvatoris, cogita vel per ly Aliud, intelligi substantiam specie distinctam à vino aquâ permixtum; vel certè mandatum Christi latius accipi pro exemplo ejus, aut providentia divina, quæ fit, ut Ecclesia sic ordinet, secundum illud Leonis Papæ Sermone 4. de Quadragesima: Magna divine institutionis, id est, providentia, salubritate prouisum est, ut 40. nobis diuinum exercitium medetur. Loquitur de jejuniu quadragesimali.

Concordat illud Christi Joannis 13. v. 14. &c. 15. Et vos debetis alter alterius lavare pedes. Quo debito? Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis: ad exercitium utique humilitatis, non ex stricta & rigoro obligatione. Unde premerat eodem vers. 14. Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus ac Magister &c. quis autem ignorat magistros, qui in scholis docent, præceptores appellari, eorumque doctrinam præceptum?

Docuit itaque Christus factò & exemplo suo, aquam miscendam vino in calice: quam Item. 13. doctrinam sapientissimi Magistri, Ecclesia Chiribis fa- do suo a- Sancta, quam esse

53.  
placitatur  
ba alio-  
fatum  
oblatio-  
foliis  
re, lacca-  
a. Ecclesia  
excep-  
tum  
la par-  
dignatio-  
latis  
Missalis Tit. de Defectibus cap. 4. n. 2. Si, in-  
quit, vinum copertus accidere, vel corrupti, vel fue-  
rit aliquantum acre, vel mixtum de uero tunc expre-  
sum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta  
aqua rosacea, seu alterius distillationis, conficitur Sa-  
cramentum, sed conficiens graviter peccat.

Inter actiones namque, ad essentiam Sacra-  
menti non pertinentes, haec potissima est, &  
proxima iis, qua sunt de essentia; non praesce-  
secundum se, sed propter representationem seu  
significationem, tum Dominicæ Passionis, tum  
effectus hujus Sacramenti, qui est unio populi  
Christiani ad Christum.

Certe si communio post cœmptionem, etiam  
minimæ quantitatæ, omnium iudicio est pec-  
catum mortale, multò magis omisso hujus ce-  
remoniae, qua ex antiquissima traditione in  
tota Ecclesia obseratur, & graviore, imo  
gravissimas habet rationes. Unde si quis obli-  
tus fuisset aquam apponere, & ante Consecra-  
tionem calicis recordaretur, ut habent Rubri-  
ca suprà n. 7. Statim ponat eam: secùs si tantum  
advertis post Consecrationem; quia, ut ibidem  
dicitur: Non est de necessitate Sacramenti, & nihil  
non consecratum, miscendum est consecrato,  
preferenti contra receptum Ecclesiæ usum.

Qui usus præterea docet, non sufficere, quod  
aqua misceatur vino in dolio, sed quod debeat  
misceri in calice; siquidem illa mixtio facienda  
est per modum ceremoniaæ. Et ideo signanter  
dixi in Conclusione: Misenda est in calice.

Qualis, & quanta? Resp. naturalis, & mo-  
dicissima. Naturalis quidem, ut demonstrat  
praxis universalis Ecclesia, & manifestè colli-  
gitur ex Rubricis suprà allegatis, ubi docent  
graviter peccare, qui conflectant vinum mix-  
tum aquâ rosacea seu alterius distillationis. Ar-  
bitror, quia non est simpliciter & propriè aqua,  
qualis tamen exiit de latere Christi, teste In-  
nocentio III. cap. In quadam 8. de Celeb. Mis-  
sarum ibi: Refutatur igitur, ut qualiscumque fuerit illa  
aqua (qua de latere Christi profluxit) sive na-  
turalis, sive miraculosa, sive de novo divinâ virtute  
creata, sive de componentibus ex parte aliqua resolu-  
ta, proculdubio vera fuit.

Alioquin, ut paulò superius dicit: Neque  
per hoc posset vero argumento probari, quod in Sacra-  
mento Eucharistie admiscenda sit aqua vino (utique  
naturalis) si de latere Christi non aqua, sed phlegma  
profuxisset.

Modicissima autem, terminus est Concilii  
Florentini, quo revocat constitutionem Concilii  
Triburicensis cap. 19. qua est talis: Non de-  
bet in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola  
offerri: sed utrumque permixtum, quia utrumque ex  
tibus

Laterè eius profluxit: sed sic ut duæ partes sint vari, tercia vero aqua; quia maior est Majestas Domini, quam fragilitas populi, qui per aquam designatur.

Putat Lugo suprà n. 38. Concilium illud  
Provinciale non fuisse ab Ecclesia universalis,  
seu à Pontifice approbatum; quod sive verum  
sit, sive falsum, certè nullum exinde sumitur  
fundamentum afferendi; et si tercia pars calicis  
esset aqua, totum mixtum ante conuersationem  
aqua in vinum, adhuc fore materiam aptam  
Consecrationis est in illa Provincia sic practi-  
caverint, quia vinum adeò præstans, ut duæ  
partes tertiam partem aquæ in se possent facilè  
convertere;

De cætero cum vinum in aliquibus regio-  
nibus valde tenue sit, merito Ecclesia ordina-  
vit modicissimam aquam (sunt liberæ sex, aut  
septem stillæ, vel, ut Lugo suprà, quinta, aut  
sexta pars) propter periculum corruptionis sub-  
stantiæ vini per copiosiorem aquæ admixti-  
onem; & ex consequenti periculum invalidæ  
Consecrationis.

Adde, per notabilem excessum vini super  
aqua, melius significari excessum quasi insi-  
nitum divine majestatis super fragilitatem populi;  
citiusque aquam in vinum converti, alio-  
quin non convertendam in Sanguinem, ut com-  
munior & probabilior habet opinio, quam ex-  
minandam, propono his verbis:

## CONCLUSIO VI.

Aqua, vino in calice admixta, noti  
convertitur in Sanguinem, ni-  
si prius fuerit conversa in vi-  
num.

**E**st Scoti 4. dist. 11. q. 7. n. 2. ibi: Quia  
etiam quando apposita est (aqua) non conver-  
titur in Sanguinem, nisi prius sit conversa in vinum.  
Divi Thomæ 4. dist. 11. q. 2. art. 4. qua-  
si unicula prima, & tercia parte q. 73. art. 8. alio-  
cumque communiter tam Antiquorum, quam  
Recentiorum, exceptis ferè Patribus Socie-  
tatis.

Et videtur eam amplecti tamquam veriorem  
& probabiliorum Innocentius III. in cap. Cām  
Martha de Celeb. Missarum, ubi relatâ tripli  
opinione Scholasticorum; Prima, afferentium  
vinum & aquam, qua miscentur in calice, di-  
vinâ virtute mutari in Sanguinem, & aquam,  
qua fluxerunt de latere Christi, utique vinum  
in Sanguinem, aquam in aquam: Secunda, ex-  
sistimantium aquam cum vino transubstantiari in

camque ap-  
probat In-  
noc. III. in  
cap. Cām  
Martha

Sanguinem, cum in vinum, inquit, transeat mixta  
vino, licet physici contrarium afferent, qui aquam  
à vino per artificium posse afferunt separari: Tertia,  
dicentium, quod aqua non transit in Sanguinem,  
sed semper remanet prioris vini acciden-  
tibus

56.

Sunt liberæ  
sex, aut se-  
ptem stillæ  
vel, ut Lugo  
suprà, quinta  
aut sexta  
pars.

Conclu-  
sio  
huc est Se-  
cunda  
ti. D. Thomæ  
aliorumque  
communi-  
ter,